QVÆSTIONES ET RESPONSIONES ALIQVOT DE FOEDERE DEI:

Deque Sacramento quod *Fœderis Dei sigillum est.*

In gratiam rudiorum collectæ per ROBERTVM ROLLOCVM Scotum.

EDINBVRGI
Excudebat Henricus Charteris. 1596.

Cum Priuilegio Regali.

Fear God and Keipp his comm

...dimant Fear

Fear god and honor the king for it is a
present thing

In the neame god the
feath te Sone and the
holy gest

and honor

Thea cane one englut
from heun forte

VIRO BONO ET SERIO PIO,

ciui vrbis Edinburgi honoratiſſimo,

& eiuſdem Vrbis Præfectura ſemel

atque iterum functo cum laude,

GVLIELMO LITILLO.

CVM mecum animo cogitarem, (Vir optime) in cuius potiſſimùm nomine apparere vellem hoc parvum opuſculum, horis aliquot ſucciſiuis a me laboratum, nemo omnium mihi venit in mentẽ te aptior, vt quem nemo bonus vrbis huius ciuis non optime meritum eſſe de Republica ſua meritò prædicet: Nos verò Reipubl. noſtræ literariæ ſtudioſiſſimum eſſe experiamur: Ego verò, vt de meipſo dicam, ex quo primùm tempore in hanc vrbem me contuli, & Reipublicæ huic literariæ ſum præfectus, perpetuum habuerim fautorem mei, &, prope dicam, mihi patrem. Nam, (vt profitear quod res eſt,) eum amorem erga me tuum es teſtatus tam crebris & ſingularibus in me officijs, vt animum meum, tuo ipſius merito, officia aque erga te mea omnia, tibi in perpetuum deuinxeris. Fateor equidem non eſſe meum hoc opuſculum, vel tuo dignum nomine, vel parẽ tuis erga me officijs: tamen quia reipſa didici te mea omnia non ex dignitate ſua, ſed ex tuo erga me ſingulari ſtudio & amore æſtimare: ideo auſus ſum tibi opellam iſtam meam quantulãcunque

offerre, testem mei erga te vicissim animi, & pignus maioris alicuius operis, si quid a me in posterum te magis dignum ad te proficisci poterit.

Habes igitur (Vir optime) his paucis pagellis quæstiones aliquot de fœdere Dei & Sacramentis, puriles illas quidem, sed quas spero pueris & rudioribus non inutiles fore: nominatim verò filio tuo, eodemq; discipulo nostro, puero bonæ spei & indolis, GVLIELMO LITHGO, cuius educationem in bonis literis, imprimis verò in pietate & sanctimonia, (cuius hic habes fundamenta aliquot selectiora) quantopere semper expetieris nos ipsi satis testari possumus: adeo vt si nõ euaserit is tandem in virum bonũ pariter & bonum ciuem, hoc est, virum patris sui similem, iam id non patri, sed ipsi sit imputandum. Vale igitur in Domino, vir optime, mihique amicissime, & viue diu Reipublicæ tuæ & nobis.

Edinburgi 13 Calendas Martias.

Tibi addictissimus in Domino

Robertus Rollocus.

QVÆSTIONES ET RESPONSIONES ALIQVOT DE FOEDERE DEI, ET DE SACRAMENTO QUOD FŒDERIS SIGILLUM EST.

De Fœdere Dei in genere primùm, deinde de fœdere operum.

Quæstio.

Q *VID est fœdus Dei cum homine percussum?* Fœdus in genere quid.

Responsio.

Est quo Deus homini promittit aliquid boni, sub conditione certa aliqua: homo autem conditionem accipit.

Q. Quotuplex est fœdus Dei cum homine percussum? Quotuplex.

R. Duplex est: fœdus naturæ siue operum, & fœdus gratiæ. Gal. 4. 24.

Q. Quid est fœdus naturæ, sive operum? Fœdus operum quid.

R. Est fœdus Dei, in quo ipse promittit vitam æternam homini, sub conditio-

ne operum bonorum ex viribus naturæ proficiscentium, homo autem conditionem illam bonorum operum accipit. Leuit.18.5. Rom.10.5. Gal.3.12.

Q. An non comminatio grauis addita est promissioni huius fœderis?

R. Addita est.

Q. In quam formam?

R. Execrabilis quisquis non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in Libro Legis, vt ea faciat. Gen.2.17. Deut. 27.26. Gal.3.10.

Quod eius fundamentum.

Q. Quod est fundamentum fœderis operum?

R. Natura bona, sancta, & integra, qualis fuit in hominis creatione. Nisi enim Deus initio fecisset hominem ad imaginem suam: hoc est, natura sapientem, sanctum, iustum, profectò fœdus hoc quod habet pro conditione opera naturæ sancta, iusta, perfecta, cum eo non pepigisset. Gen.1.26.27. Ephes.4.24. Colos.3.9.

Quæ promissio.

Q. Quid promittitur in fœdere operum?

R. Vita beata in æternum degenda. Rom.10.5. Gal.3.12.

Quæ conditio

Q. Quæ est conditio in fœdere operum?

R. Conditio est operum bonorum quæ ex natura bona, sancta, & integra in qua

fundatum est fœdus ipsum operum proficisci oportet. Rom. 10. 5. Gal. 3. 12.

Q. Quæ sunt quæ excluduntur hac conditione

R. Hac conditione excluditur à fœdere operum, primùm fides in Christum, secundò opera gratiæ & regenerationis. Rom, 11. 6.

Q. Cur hæc excluduntur?

R, Quia naturæ vires cum operibus suis, vna cum gratia Christi & operibus gratiæ consistere non possunt. Rom. 11. 6.

Q. Quæ sunt capita conditionis huius fœderis?

R. Singula singulis mandatis Decalogi continentur. Hinc tabulæ quibus inscripta Lex est, Tabulæ fœderis vocatæ sunt. Exod. 19. & 20. & 22. 15. Heb. 9. 4.

Q. An conditio operum est vt meritorum?

R. Minimè: sed vt officiorum, quæ gratitudinem in Deum Creatorem testentur. Rom. 11. 35. Luc, 17. 10.

Q. At opera naturæ sanctæ, & integræ oportuit esse perfectè sancta, & bona.

R. Non inde sequitur oportuisse esse merita: ratio enim meriti propriè est vt sit op⁹ indebitū cui debetur merces ex ordine iustitiæ. Rom, 4. 4. Ei qui operatur, j. ei qui meretur, merces imputatur ex debito.

Quæ ratio nominis.

Q. Cur appellatur fœdus operum?

R. Ratio nominis ſumpta eſt à conditione fœderis, quæ eſt operũ naturæ bonæ, & integræ.

Quando ictum

Q. Quando ictum eſt hoc fœdus operum cum homine?

R. Ictum eſt in prima hominis creatione. Gen. 1. 27. & deinceps: & 2. 15. & deinceps.

Quomodo ictum

Q. Quomodo ictum eſt, & quo ordine?

R. Deus primum in corde hominis creati inſculpſit Legem ſuam: hoc eſt, capita conditionis fœderis ſui: deinde dixit, Fac & operare ex præſcripto Legis meæ, (eſt enim inſcripta cordi tuo) & vives: homo autem accepit conditionem, & recepit ſe facturũ. Gen. 2. 15. & deinc.

Q. Ergo vis Legem hanc moralem in creatione inſculptam cordi hominis fuiſſe, ac proinde capita ſingula conditionis huius fœderis natura ipſa nota fuiſſe?

R. Volo: atq; eius rei argumenta ſunt reliquæ iſtæ notitiæ legis, quæ adhuc poſt lapſum in natura corrupta permanent. Rom. 1. 19. 32. & 2, 14:

An repetitum

Q. An poſtea eſt repetitum hoc fœdus operum?

R. Repetitum est perpetuò inde á creatione & hominis lapsu, ad aduentum vsq; Christi: ac primùm viua voce est traditum deinde Dei ipsius digitis insculptum est tabulis lapideis: poste á á Mose traditum & scriptum: postremò a Prophetis suo loco & ordine singulis & repetitum & scriptum, vt constat ex veteri Testamento.

Q. Quonam modo & ordine est repetitum? Quo módo repetitum

R. Ordinem habes Exod. 19. & 20. ca. Primum Deus per Mosen dixit, Si obseruaueritis fœdus meum, hoc est, legẽ meam, vtique eritis mihi peculium: deinde totus populus vna dixerunt, Quicquid dixerit Iehoua faciemus. Qua restipulatione populi relata ad Deum per Mosen, Deus legem suam, hoc est, capita fœderis sui a populo obseruanda, promulgauit ex monte Sinái.

Q. At dixisti iam anteà præcessisse legem, et subsequutum esse fœdus?

R. Idem est, siue verba fœderis quæ continent stipulationem, & restipulationem, præcedant legem; hoc est, propositionem capitum conditionis quæ est in fœdere Dei, siue eam sequantur.

Quo fine repetitū.

Q. Quo fine post lapsum hominis repetitum est veteri Ecclesiæ & populo, cum post lapsum cōditio bonorum operum naturæ homini sit impossibilis? Rom. 8.3.

R. Non eo fine præcipuè vt homines per illud iustificarentur & viuerent: sed vt conuicti conscientijs, & impossibili illa cōditione operum naturæ bonorum pressi confugerent ad fœdus gratiæ. Deut. 10. 16. Rom. 3. 19. & 7. 7. & deinceps.

Q. Visne igitur eo fine præcipuè repetitum veteri populo fœdus operum, vt ad fœdus gratiæ præpararentur?

R. Volo.

Q. At non omnes erant præparati, neque cōfugiebant ad fœdus gratiæ?

R. Verum: sed electi erant præparati, reprobi verò tandem redacti erant in desperationem. Rom. 11. 7.

Q. An fuit etiam cum veteri Ecclesia & populo percussum fœdus gratiæ?

R. Fuit: etsi obscura eius fuerit mentio in doctrina fœderis operum & legis, Gen 3. 5. & 49. 10. & 22. 18. & 26. 4.

An violatum hoc fœdus.

Q. An igitur homo excidit ab hoc fœdere operum?

R. Excidit quidem. Rom. 3. 4.

Q. Quando excidit primū ab hoc fœdere operū?

R. Statim post creationem, & fœdus ipsum percussum. Gen.3. 1.& deinceps. Rom.5.12.& deinceps.

Q. An posteà desciuit ab hoc ipso fœdere? An post repetitū desciuit homo ab eo.

R. Postquam repetitum esset populo hoc fœdus, ipse quidem recepit se præstiturum fœderis conditionem, sed non stetit promisso, neque etiam potuit. Exod. 32.1.& deinceps.

Q. Quid insequutum est hominis defectionem, & fœderis violationem? Quæ pœna violati fœderis.

R. Mors vtraque: prima corporis, secunda corporis & animæ: idque virtute comminationis quæ fuit cum promissione fœderis coniuncta. Gen.2.17. & 3.7. & deinceps. Rom.5.12.

Q. Atqui non statim mortuus est violato & rupto fœdere?

R. Inchoata tamen est vtraque mors, & corporalis & spiritualis, perficienda suo demum tempore: & corpus ipsius factum est mortalitati obnoxium, & anima ipsius amisit Dei imaginem, hoc est, vitam Dei, quæ cernitur in sanctitate, iustitia, & sapientia. Gen.3.7.1.Cor.15.42.43. 2.Cor.5.4. Ephes.2.1. Coloss.2.13.

Q.V.

Vbi habeatur doctrina fœderis operū.

Q. Vbi habes doctrinam fœderis huius operū?

R. In veteri Testamento, hoc est, in Scriptura Mosis & Propherarum, (quæ magna ex parte collocata est in explicanda lege & operum fœdere) fusé tradita est. Decalogo vero summatim comprehensa.

DE FOEDERE DEI GRATVITO.

Quomodo liberatus homo a pœna violati fœderis operum

Quæst. AN homo post ruptum iam fœdus operum prostratus & mortuus, ipse primus cogitauit de liberatione sive redemptione sui?

R. Ne cogitauit quidem de redemptione sui. Gen. 3. 8. &c. 1. Cor. 11. 14.

Q. Quomodo ergo liberatus est ex tanta morte & redemptus?

R. Sola Dei gratia & misericordia, ipsum præter & cõtra exspectationem, vtpote spiritualiter mortuum, præueniente Gen. 3. 8. Ephes. 2. 1. & sequẽt. Col. 2. 13. Tit 3. 3. & sequent.

Q. Qua fuit illa præueniens Dei gratia?

R. Dedit homini Mediatorem filium

suum

ſuum Ieſum Chriſtum. Gen. 3. 5. Rom. 8. 3. Gal. 4. 4. 1. Iohan. 4. 9.

Q. At non tum ſtatim poſt lapſum hominis manifeſtatus eſt Dei filius in carne, cum Mediatorem oporteat eſſe & Deum & hominem in vna perſona?

R. Ieſus Chriſtus heri & hodie idem eſt, & in ſecula: & Chriſtus eſt agnus ille mactatus inde ab origine mundi: hoc eſt, virtus & efficacia carnis & crucis Chriſti futuræ demum ſuo tempore fuit iam inde a principio. Heb. 13. 8. Apoc. 13. 8. 1. Cor. 2. 3. 4.

Q. Quando demum manifeſtatus eſt Dei filius in carne noſtra?

R. Poſtquam venit plenum tempus, miſit Deus filium ſuum factum ex muliere. Galat. 4. 4. Epheſ. 1. 10.

Q. Quas partes obiit pro homine redimendo Mediator iam datus à Patre?

R. Tranſtulit in ſe peccatum hominis, iram Dei, & mortem vtramque, corporalem & ſpiritualem, quæ homini opponenda fuit ſuo merito. Deut. 21. 23. Gal. 3. 13.

Q. Factuſne eſt igitur Mediator noſter Ieſus Chriſtus noſtra cauſa ſub fœdere operũ, An Chriſtus factus ſub fœdere operũ

&

& *sub Lege?*

R. Factus est nostra causa obnoxius fœderi operum & legi, vt eos qui legi erant obnoxij, redimeret. Galat. 4.4.5.

Q. *An Mediator noster Christus iam factus sub fœdere operum & lege, nostra causa impleuit fœdus operum & legem?*

R. Impleuit, & id quidem duobus modis.

Q. *Quibus illis?*

R. Tam agendo quam patiendo. Rom. 8.3.5. 1. Pet. 2.22. & sequent. Gal. 3.13.

Q. *An non fuisset satis, si nostra causa tantum benè, sanctèque in tota vita operatus fuisset, non etiam fuisset passus pro nobis mortem?*

R. Non fuisset satis: neque enim vel omnia illa eius sanctissima & iustissima opera satisfeciissent iustitiæ & iræ Dei propter peccata nostra, nedum promerita nobis fuissent misericordiam Dei, reconciliationem, iustitiam, & vitam æternam. Heb. 9.22.23.

Q. *Quid ita?*

R. Quia iustitia Dei necessariò requirebat violato iam a nobis fœdere illo operum pœnam mortis æternæ, idq; iuxta

comminationem illam quam supra diximus coniunctam fuisse cum promissione fœderis. Deut. 27. 26.

Q. Vt hoc tibi largiar violato semel fœdere eperũ, nulla nostra opera, etiamsi fingas ea sanctissima & iustissima, potuisse satisfacere iustitiæ & iræ Diuinæ: non video tamen quî non opera Mediatoris, quæ etiam Dei fuerunt opera, non hominis tantùm sanctissimi & innocentissimi, quî non, itiquam, potuerint satisfacere iustitiæ & iræ Dei?

R. Vt non potuissent nostra, sic etiam non potuissent Mediatoris Dei & hominis opera etiam sanctissima, satisfacere iustitiæ Dei, quæ semel violata, necessariò deposcebat ad mortem, vel hominem ipsum peccatorem, vel certè pro eo Mediatorem, ad hoc vt Deus & iustus esset & verus. Heb. 9. 22. 23. Rom. 3. 26.

Q. Vt hoc tibi concedam, morte & passione Mediatoris satisfactum esse iustitiæ & iræ Dei propter peccata nostra, illud mihi vicissim largiaris scio, bonis sanctisque operibus suis Mediatorem promeritum nobis esse misericordiam & nouam Dei gratiam?

R. Videris velle partiri satisfactionem Christi, & meritum inter opera & passionem ipsius, sic vt dicas passione eum satis-

satisfeciſſe iuſtitiæ & iræ: operibus verò ſanctis & bonis promeritum eſſe gratiam & reconciliationem. Ne hoc quidem tibi largior. 1. Iohan. 1. 7.

Q. Saltem non potes negare quin bona ſancta que Mediatoris opera, confecerint aliquam partẽ vtriuſque & ſatisfactionis, & meruti?

R. Ne partem quidem dicam, vt propriè loquar, aliquam, vel ſatisfactionis vel meriti ea confeciſſe: quia in Scriptura paſſim video ſatisfactionem & meritum Chriſti ipſius paſſioni & cruci, non autem actionibus, adſcribi. Rom. 3. 25. & 5. 19

Q. Viſne igitur Mediatorem ſola paſſione & morte ſua, & ſatisfeciſſe iuſtitiæ diuinæ, & promeritum eſſe gratiam?

R. Volo vtrumque, & ſatisfactionem & meritum propriè ſoli mortis & paſſioni Mediatoris attribui. Rom. 3. 25. 26. & 5. 19.

Q. Nullum igitur video fuiſſe vſum tot tantorumque operum Mediatoris noſtri quæ in tota vita fecit?

R. Ne id quidem ſequitur.

Q. Quem igitur dices eorum fuiſſe vſum?

R. Dico ſanctitatem perſonæ Chriſti Dei & hominis, operaque omnia ſancta

tam

tam sanctæ personæ fundamentum fuisse satisfactionis & meriti, quæ solius passionis sunt propriè. 1. Pet. 3. 18. Heb. 7. 26. & 9. 13. 14.

Q. Dic hoc quæso, si potes, paulò clariùs?

R. Hoc est quod volo, dignitatem personæ Christi tam sanctæ, simulque operũ profectorum a persona tam sancta & divina, in causa fuisse cur passio ipsius ea fuerit virtute & efficacia, qua non solum satisfecerit iustitiæ & iræ Dei pro peccatis nostris: sed etiam promerita sit nobis nouam gratiam & misericordiam.

Q. Accipio: vis enim Christum per sanctitatem illam personæ simul & operum, factum esse idoneum, aptum, & efficax sacrificium, hoc est, & satisfactorium, vt sic dicam, & meritorium?

R. Volo: talis enim nos decebat pontifex, pius, innocens, impollutus, segregatus a peccatoribus, & sublimior cœlis factus. Heb. 7. 26.

Q. Quotuplex igitur est effectus mortis Christi Mediatoris?

R. Duplex: primum enim satisfecit iræ Dei pro peccato hominis: deinde promerita est nouam gratiam & misericordiam. Rom. 3. 25. & 4. 23.

Q. Quæ causa tantæ efficaciæ mortis Christi?

R. Primum dignitas personæ, quæ Deꝰ est & homo sanctissimꝰ: deinde supplicij & mortis quã ad tẽpꝰ perpessus est, atrocitas

Q. Quam gratiam primum omnium homini est morte sua promeritus?

R. Gratiam reconciliationis cum Deo. Rom. 5.10.

Q. Quomodo facta est reconciliatio cũ Deo?

R. Facta est reconciliario percusso cũ homine nouo fœdere. Ier. 31.33. Heb. 8.8

Q. Quodnam fuit illud nouum fœdus?

R. Hoc quod vulgò fœdus gratiæ siue gratuitum appellant.

Q. Quid est fœdus gratia?

R. Est quo Deus promittit homini iustitiam & vitam æternam, sub conditione fidei in Christũ Mediatorem: Homo autẽ conditionem accipit, & recipit se creditu rũ. Aba. 2.4. Ioel. 1.31. Rõ. 9.10. Mar. 16.16

Fœdus gratuitũ quid.

Q. Quod est fundamentum fœderis gratuiti?

R. Primum est mors Christi satisfactoria & meritoria: secundum Dei misericordia, quam mors Christi merita est. Ex hoc misericordiæ fundamento proximè exsurgit fœdus gratiæ. Rom. 3.24.

Quod eius fundamentum.

Q. Differt igitur fundamentum fœderis gra-

tia, à fundamento fœderis operum?

R. Imo tam pugnant inter se fundamẽta duorum fœderum, quam sibi inuicem contraria sunt natura & gratia, quæ in opere redemptionis nullo pacto cohærere possunt. Rom. 11. 6.

Q. Quæ sunt res promissæ in fœdere gratiæ? Quæ promissio.

R. Iustitia & vita æterna. Rom. 5. 21.

Q. Quænam est illa quæ promittitur iustitia?

R. Non inhærens primum qualis amissa est in Adamo: sed iustitia Dei, hoc est, quam Deus per fidem imputat, quæ tãto excellentior est inhęrente iustitia, quãto excellentior fuit Christus Adamo, & sine qua non potest homo comparere coram Deo & ipsius tribunali. Rom. 3. 22. & 5. 12. & sequent.

Q. Quæ est hæc quæ promittitur vita?

R. Effectum est iustitiæ Christi imputatæ, quod inchoatur in hac vita per inhærentem sanctitatem: perficitur autem post hanc vitam per gloriam. Rom. 5. 21. & 6. 22 & 8. 30.

Q. Quæ conditio est fœderis gratuiti? Quæ cõditio

R. Ipsum fœderis gratuiti nomen importat, vel nullam esse cõditionem, (quod enim promittit aliquis se daturum gratis

nullam conditionem propriè postulat) vel certè conditio fœderis gratuiti planè est gratuita: hoc est, ex mera Dei gratia est. Esa. 55. 1. Rom. 3. 24.

Q. Quæ est ea conditio quam gratuitam dicis?

R. Est fides in Mediatorem. Rom. 10. 6 Galat. 3. 14.

Q. Estne igitur fides ex gratia?

R. Est quidem: & tantum ex gratia, nō etiam ex naturæ viribus. Philip. 1. 29.

Q. Ergo conditio hæc fidei in Christo & misericordiæ Dei in ipso, excludit illa opera naturæ bona, quæ posita sunt pro conditione in fœdere operum

R. Excludit planè: neque enim Christus & misericordia Dei, quæ fidei obiecta sunt, possunt consistere cum naturæ viribus vel naturæ operibus in hominis iustificatione. Rom. 3. 28. & 11. 6.

Q. An fides quoque excludit opera regenerationis, siue gratiæ?

R. Excludit & ea quoque: neque enim regenerationis etiam opera possunt concurrere tanquam aliqua pars causæ & meriti ad hominem iustificandum & seruandum. Rom. 4. 2. 3. Philip. 3. 8.

Q. Ergo vis solam fidem, hoc est, solum Christum fide apprehensum, efficere conditionem fœderis gratuiti?

R. Volo:

R: Volo: nam quæ est conditio in fœdere gratuito, eadem est causa iustificationis hominis, hoc est, impletionis promissæ in fœdere gratiæ: sola autem fides iustificat, hoc est, solus Christus fide apprehensus: Ergo sola fides est conditio fœderis gratuiti. Rom.4.13.& sequent.

Q. Vis igitur idem reipsa esse fœderis gratuitè conditionem, & causam cur impleat Deus promissionem fœderis gratuiti, hoc est, cur nos iustificet actu ex fœderis ipsius formula?

R.Volo: nam hæc tria idem sunt reipsa in hoc fœdere, fundamentum fœderis gratuiti, conditio fœderis, causa cur Deus impleat nobis promissionem fœderis. Christus enim crucifixus est & fundamentum fœderis gratuiti, & conditio,& causa impletionis rei in fœdere promissæ.Galat.3.8.9. 2.Cor.1.20.

Q. Nullumne est inter hæc tria discrimen?

R.Ratione tantum differunt:nam Christus crucifixus vt fundamentum est fœderis absolutè consideratur: vt conditio est fœderis, consideratur vt fide apprehendē d° est, conditio enim est rei futuræ & præstandæ: denique vt causa est cur impleat Deus promissionem fœderis, consideratur

vt iam apprehensus per fidem in tempore præterito. Rom 3.24.& 28.

Q. Ergo absque merito nihil fit in fœdere gratuito?

R. Nihil: nam & fœdus ipsum fundatum est in merito,& promissio fœderis facta est sub conditione meriti: & causa denique cur impleatur promissio meritum est. Heb 9.15. & sequent. 2. Cor,1.20. Galat.3.17. Rom.4.13. & 10.9.10.

Q. Quomodo igitur gratuitum dici potest, cum inter se maximè pugnent gratia & meritum?

R. Quod meritum est respectu Christi Mediatoris, idipsum mera gratia est respectu nostri: Nomen autem gratuiti fœderis huic fœderi tribuitur non respectu Christi,sed nostri. Rom.3.24.&4.16.

Q. Quis est igitur vsus operum regenerationis si neque partem aliquam conditionis eius quæ est in fœdere gratuito, neque partem aliquam causæ iustificationis & salutis nostræ constituant?

Quis vsus operũ regenerationis

R. Vt grati simus Deo propter vocationem nostram, quę fit per fœdus gratuitum nobiscum percussum, & propter iustificationem nostram. 2.Cor.5.15.Ephes.4.1.

Q. At inuenies passim in Scriptura mercedẽ vitæ æternæ promissam esse sub conditione operum sancti-

sanctificationis: an non hæ promissiones sunt fœderis gratuiti? quod si sint, an non oportet opera regenerationis constituere saltem aliquam partem cõditionis illius quæ est in fœdere gratuito?

R. Promissiones illæ non sunt fœderis gratuiti, vt neque sunt fœderis operum.

Q. Quid ita?

R. Quia, cum promissio fœderis operum repetiti post lapsum fiat homini nõdum iustificato & renato, vt & promissio fœderis gratuiti, hæ promissiones fiunt iã iustificato & renato. Rom. 3. 23. 24. 1. Tim 4. 8.

Q. In quem finem fiunt promissiones hæ iustificatis iam & renatis?

R. Vt proposita mercede vitæ sempiternæ excitentur iustificati iam & renati ad opera regenerationis. 1. Tim. 4. 8. Gal. 6. 9.

Q. Vis igitur tria promissionum genera in Scriptura sacra, maximè vero in nouo testamento, distincta inueniri?

R. Volo.

Q. Quæ sunt ea?

Quot promissionũ genera in Scriptura

R. Primũ est fœderis operum, secundũ est fœderis gratuiti, tertium genus efficiunt promissiones illę quibus homines iam

vocati, iustificati, & renati, excitantur ad officia gratitudinis in Deum redemptorẽ quæ passim occurrunt in Doctrinæ Euangelicæ parte ea, quæ est de vitæ sanctimonia & bonis moribus. Tertium enim hoc promissionum genus ferè insperſum videas paræneſibus & præceptionibus quæ de ſancta vita traduntur.

Q. Quæ ſunt igitur capita conditionis quæ eſt in hoc fœdere gratuito?

R. Quæ nobis credenda ſunt, (ea enim poſſumus conditionis capita vocare) de Deo, de Chriſto Mediatore, de beneficiis ipſius: ea in Euangelio fuſè explicata ſunt in ſymbolo autem quod vocant Apoſtolorum, paucis comprehenſa.

Quæ ratio nominis.

Q. Cur appellatur fœdus gratuitum?

R. Quia conditio fœderis vel nulla eſt, vel certe gratuita tota eſt.

Quando percuſſũ,

Q. Quo tempore primùm percuſſum eſt cum homine fœdus hoc gratuitum?

R. Percuſſum eſt ſtatim poſt lapſum hominis. Gen. 3. 5.

Q. An diſertis verbis tum primùm eſt percuſſum?

Quomodo percuſſum

R. Minimé: ſed obſcura quædam initio facta eſt ſeminis mulieris, hoc eſt, Chriſti

Christi & beneficiorum ipsius promissio. Gen. 3. 5.

Q. An repetitum est posteà fœdus hoc gratuitum? An repetitum.

R. Repetitum est perpetuò inde á lapsu hominis ad manifestationem vsq; christi, quo demùm tempore cœpit clarissime & apertissime proponi: tum enim dici cœpit: Qui crediderit in Christum crucifixum iustificabitur & viuet. Iohan. 3. 18. Rom. 10, 9. 10.

Q. Ergo idem est substantia fœdus illud gratiæ ictum cum veteri populo, & fœdus hoc gratiæ quod in aduentu Christi cum ipsius Ecclesia est percussum?

R. Idem re & substantia est vtrumque, diuersum verò est accidente: ex qua diuersitate accidentali, illud vetus fœdus siue Testamentum, hoc verô nouum fœdus siue Testamentum est vocatum. Heb. 8. 8. & deinceps.

Q. An veteris Testamenti nomine intelligis fœdus gratiæ?

R. Veteris Testamenti nomen latiùs patet ad legem siue fœdus operum pariter & fœdus gratiæ cum lege coniunctum. Apostolus ad Hebræos sic accipiendum docet

veteris Testamenti nomen. Heb. 8. & 9.

Q. Ergo etiam fœdus gratiæ cum veteri illo populo percussum, vocatur vetus Testamentum?

R. Ita est.

Quomodo promulgatũ post adventum Christi

Q. Post manifestationem Christi, ipsiusque in cœlos ascensionem, quem ordinem seruarunt Apostoli in promulgando fœdus hoc gratuitum?

R. Primum evangelizarunt, hoc est, prædicarunt Christum humiliatum primum, glorificatum deinde, tertiò deniq; beneficia ex Christi morte & gloria promanantia, docuerunt: tum Euangelium suum concluserunt cum hac promissione, Quicunque crediderit in Christum hunc, sic humiliatum primum, glorificatum deinde, particeps fiet Christi, omniumque beneficiorum ipsius: quibus verbis habemus fœdus gratuitum. Act. 2. 14. & sequẽt.

Q. An nullo vnquam tempore ante Christi manifestationem in carne, clarè & disertè propositum & expositum est hoc fœdus gratuitum?

R. Nunquam tam clare ante Christi aduentum propositum est, quam clarè promulgatum est post ipsius aduentum. Illud tamen negari non potest, quo propius aberat adueutus Christi, eo clarius sub inde a Patriarchis & Prophetis indicatũ

fuisse

fuisse hoc fœdus: vltimos autem Prophetas omnium clarissime de eo locutos esse. Heb.1.1.Iohan.1.18. 2.Pet.1.19.

Q. Qui demum ex Prophetis clarissimè de eo loquuti sunt?

R. Paulus citat ex Propheta Habacuc illud dictum, Iustus ex fide viuet, Rom.1. 17. Item ex Propheta Ioel, Quisquis credet in eum non pudefiet. Rom. 10. 11. Quibus quidem dictis habemus formulá fœderis gratuiti. Quare teste Paulo hi duo Prophetæ de fœdere gratuito loquuti sunt apertissime.

Q. Quo fine est repetitum? Quo fine repetitũ

R. Eodem plane quo primum est percussum cum homine statim post lapsum, nempe vt per fidem homo iustificaretur ac viueret. Ierem. 31.33. Heb. 8.8.

Q. Visne hac ratione differre fœdus hoc gratuitum repetitum, à fœdere illo operum repetito?

R. Volo: nam vt supra vidimus non eodem fine præcipuo repetitum fuit cum homine fœdus operum, quo primum est percussum.

Q. Quid si homo post ruptum fœdus illud operum, non recepisset conditionem fœderis huius gratuiti? Quæ pœna, &c

R. Tum quidem nunquam iustificatus & seruatus fuisset. Iohan. 3. 18. Mar. 16. 16

Q. An primus homo sibi & posteris suis credidit, iuxta conditionem fœderis gratuiti?

R. Percussum quidem fœdus fuit cum Adamo & posteris siue semine ipsius: verũ fides & gratia in Christo non propagatur in posteros, quemadmodum in ipsos deriuatur natura siue bona, siue mala. Gen. 5. 3. & 17. 7. Rom. 5. 12. Philip. 1. 20.

Quæ pœna excidẽtis ab hoc fœdere.

Q. Quid si quis postquam recepit se crediturũ, & cœpit credere, illuminari mente, corde gustare bonum Dei verbũ, ac virtutes futuri seculi, si (inquam) posteà prolabatur & deficiat à Deo?

R. Non renouatur denuò per resipiscentiam, neque percutitur cum eo tertiũ aliquod fœdus. Heb. 6. 6. & 12. 17.

Q. Ergo ruptor fœderis huius gratuiti deteriori est loco & conditione, quam fuit homo post ruptũ illud primum fœdus operum. Nam rupto fœdere operũ fuit locus resipiscẽtiæ & misericordiæ Dei in Christo: at si rumpatur fœdus gratiæ, nullum dicis fore resipiscentiæ locum?

R. Verum est deteriori loco esse ruptorem fœderis gratuiti, & peccatum ipsius esse irremissibile, quia est peccatum in Spiritum sanctum, cuius hæc est necessaria proprietas quod qui peccauit in Spiri-

tum sanctum, sic a Deo finali cæcitate punitur, vt nunquam eum seriò & sincere peccati sui pœnitere possit. Mat. 12. 31.

Q. Dicis ergo non posse percuti tertiũ aliquod cum homine fœdus, violato iam secundo hoc fœdere quod gratuitum vocatur?

R. Dico: quia si vltrò peccauerimus post acceptam cognitionem veritatis, nõ adhuc pro peccatis reliqua est hostia: sed horrenda quædam exspectatio iudicij, & ignis feruor qui deuoraturus est aduersarios. Heb. 10. 26. 27.

Q. An igitur renouari non potest fœdus absque hostia & sacrificio.

R. Non potest Deus reconciliari cum peccatore & fœdifrago, absque sacrificio, quoquidem satisfiat ipsius iustitiæ & iræ. Primum illud fœdus non indiguit Mediatore & sacrificio, quia homo non fuit peccator tum cum percussum est primum cũ eo illud operum fœdus. Cum repetitum est populo Israelitico operum fœdus, non est id quidem factum per Deum ipsum immediatè, sed per ministerium Mosis internuncij, id quod Dei a populo dissentientis ob peccata indicium erat. Gal. 3 19

Sc-

Secundum fœdus quod gratuitum voca
mus, opus habuit Mediatore & Sacrificio
quia homo peccauit,& peccatum ſine ſa
crificio non expiatur.Nam abſque ſangu
nis effuſione non fit remiſſio. Heb. 9. 22
Iam ſi excidat homo a ſecundo hoc fœde
re,quia non poteſt inueniri ſacrificium,i
deò nulla vnquam futura eſt remiſſio pec
cati: nullum tertium fœdus quærendum.

Q. Quod ſi quis excidat à fœdere iſto gratiæ (videris enim velle poſſe aliquẽ ab ipſo excidere) an non ſequitur fidem in Chriſtum, ſpiritum ſanctum & gratiam ſemel receptam, amitti poſſe, cum tamen dicat Apoſtolus dona Dei in Chriſto eiuſmodi eſſe vt eorum ipſum pœnitere non poſſit. Rõ. 11.29

R. Duplicem pro ratione præſentis in
ſtituti facimus fidem: vnam temporariam
quam vocát & hypocriticam;alteram per
petuam, quam vocant & ANYPOKRYTON
hoc eſt, non ſimulatam. Temporaria &
hypocritica, quia ſuperficiaria eſt aũtaxa
neq; altius in corde radices agit, deperd
poteſt.Perpetua vero & non ſimulata,qui
ſuperficiaria non eſt, ſed altiùs radices a
git in corde, ideo penitus exſtirpari & e
uelli e corde nunquam poteſt. Quamobr
qui accepit donum hoc fidei non ſimula

æ, is nunquam poterit prorsus a fœdere Dei excidere, & incidere in illud peccatũ quod vocant peccatum in Spiritum sanctũ 1.Iohan.3.9.Luc.19.26. Ioh.10.28.

An ijs qui sub fœdere hoc sunt, abolitum sit fœdus operum

Q. An ijs qui sunt sub fœdere gratiæ abolitũ sit fœdus illud operum?

R. Quod ad iustificationem siue condemnationem attinet abolitum est: quod verò ad conuersionẽ, fidẽ, regenerationẽ, siue carnis mortificationẽ, etiam adhuc in credẽtibus suũ aliquem habet vsum. Rom. 15. Galat.3.13.&4.5. Rom.3.31.&7. 4.&sequent.

Q. Declara quod dicis?

R. Faciam: primum enim ij qui sunt in Christo, sola fide Christi iustificãtur & seruãtur, nõ autẽ operib⁹ Legis, Rom.3.28. eq; iis qui sunt in Christo vl'a est condẽnatio, Christus enim pro iis factus est execratio. Galat.3.13. Deinde etiam qui sunt in Christo, cum non perfecte credant, non perfecte conuersi sint, perfecte renati sint Rom.7.18. opus habent perpetuò terroribus illis fœderis operum, ad hoc vt excitentur ad perpetuum progressum faciendum in fide, conuersione, & sanctificatione.

An lex moralis sit abrogata sit.

Q. An non cum fœdere operum abolita est & abrogata simul lex illa moralis quæ continebat capita conditionis illius, quæ requiritur in fœdere operum?

R. Vt Lex moralis inseruit fœderi operum, planè eius eadem ratio est quę est fœderis operum: abolita est qua ratione abolitum est fœdus operum, manet qua ratione manet fœdus operum.

Q. An lex moralis consideratur alio modo quam quo respicit fœdus operum, quo nimirum continet capita conditionis fœderis operum?

R. Consideratur.

Q. Quomodo?

R. Post aduentum Christi cœpit aperte inseruire fœderi gratiæ, & continere capita & regulas officiorum Christianorum, & operum non iam naturæ, sed gratiæ & regenerationis. Quare manet Lex moralis, cum fœdere gratiæ ipsi quodammodo inseruiens ac ministrans: manet, inquam, non iam inscripta tabulis lapideis, sed tabulis cordis carneis. Ierem. 31. 33. Rom. 3. 31. 2. Cor. 3. 2.

Q. Vbi demum inuenitur doctrina fœderis huius, quod gratuitum vocas?

R. In vtroque Testamento, & veteri & nouo,

nouo: licet in nouo Testamento & scriptis Apostolorum clariùs & fusius tradita sit. Breuis autem doctrinæ huius fœderis súma, comprehẽsa est illo, quod vocant vulgò, Apostolorum Symbolo.

Hactenus de fœdere Dei gratuito.

DE SACRAMENTO IN GENERE.

Quæst. AN Deus fœdus suum vtrumque, & fœdus operum, & fœdus gratiæ, Sacramento, hoc est, sigillo suo obsignauit? An vtrumque fœdus obsignatum.

Resp. Obsignauit quidem fœdus illud uum vtrumque sacramento, tanquam sigillo suo. Gen. 2. 9. & 17. 11. Rom. 4. 11.

Q. Velim mecum mihi demonstres, quo obsignatum est primum illud fœdus operum?

R. Hoc modo, & hac quasi forma serata obsignatum est fœdus operum. Præesserunt verba fœderis in hanc formam, isue (dixit Deus homini) bene operari implere legem meam, ad hoc vt viuas?

Respondit homo, Volo. Respondit Deus, Ea conditione atque lege, certò promitto tibi vitam æternam, quoque magis sit hoc tibi persuasum, ego fœdus hoc meũ meo ipsius sigillo tibi obsigno. Exhibuit interea sigillum suum ac sacramentum. Gen. 2.15.16.17. Gen. 17.11. Rom. 4.11. Apoc. 2.7.

Q. Quo sacramento obsignauit fœdus illud operum?

R. Proculdubiò arbores illæ horti Eden is sacramenta & sigilla fœderis Dei totidem fuerunt, vt erat arbor illa scientiæ boni & mali, vt erat arbor vitæ. Gen. 2.9. & 3.22.

Q. Quomodo & qua forma obsignatum est fœdus gratiæ?

R. Eadem planè forma qua obsignatum est fœdus operum. Dixit enim Deus, Vis credere in Christum Mediatorem? Respondit homo, Volo. Tum Deus, Ea lege atq conditione ego te iustificabo, & dabo tib vitam æternam: quoque magis credas eg promissionem hanc meam obsigno tib hoc meo sigillo siue Sacramento. Gen. 1 11. Act. 8.37.38.

Q. Quibus sacramentis obsignauit Deus,

etiamnum obsignat fœdus suum gratuitum?

R. Varijs jam inde á principio. Gen. 2. 9. & 17. 11. Exod. 12. 1. & sequent. 1. Cor. 10. 1. & sequent.

Q. Cum Verbum Dei solum sine sigillo ac sacramento per se firmũ sit ac immutabile, (Deus enim nõ est homo vt mentiatur:) cur verbo ipsius & promissioni factæ in fœdere, additum est sigillum, ac si egeat ipsius verbum sigillo aliquo, quo magis ipsum confirmetur, quasi verò per se solum non sit satis firmum ac ratum?

R. Sigillum est additum verbo & promissioni Dei, non causa Dei, neque verbi ipsius, quodquidem vel solum sine Sacramento potuit sufficere homini, si in se spectetur, ac in sua firmitate & certitudine: sed causa hominis, qui infirmus est natura & cuius fides opus habuit illis adiumẽtis sacramentorum. Rom. 3. 4. & 4. 11. Heb. 6. 17. 18.

Q. An igitur homo in creatione ante lapsum cum in statu esset innocentiæ, laborauit hac infirmitate, & indiguit his adiumentis ad fidem suam magis confirmandam?

R. Homo creatus quidem fuit sine peccato, at non sine naturæ omni infirmitate & mutabilitate: fuit igitur mutationi ob-

noxius in prima creatione. Quare ad eum ſtabiliendum in fide ſua, ne eam mutaret, dedit Deus cũ verbo fœderis ſimul ſacramentum ſuum. Iacob. 1.13. Iob. 15.13. & 4.18. Mat. 19.17.

Q. De infirmitate hominis poſt lapſum, imò verò de infidelitate ipſius, nulla iam quæſtio eſt, cũ ea in cauſa ſit, cur Deus gratuito ſuo fœderi adiecerit ſigillum ſuum ſiue ſacramentum?

R. Nulla. Rom. 3.10. & 3.23. Gen. 6.5.

Q. An igitur cum fide permixta eſt infidelitas aliqua quantiſper homo vita hac fruitur?

R. Permixta eſt. 1. Cor. 13.9. Eph. 3.19. Coloſ. 1.9.

De ſacramentis noui teſtamenti in genere

Q. Velim omiſſis veteribus illis Sacramentis, tam fœderis operum, quam fœderis gratiæ, aliquid mihi tradas de ſacramentis fœderis gratiæ, & noui Teſtamenti, à Chriſto in aduentu ſuo inſtitutis?

R. Tradam de ijs nunc ea in genere, quæ bene percepta, doctrinam de Baptiſmo & Cœna Domini ſpecialem reddent cognitu facilem.

Q. Doctrinæ generalis de ſacramentis noui teſtamenti vnde initium ſumes?

R. Initium ſumam à rebus ipſis in ſacramento ſignificatis.

Quæ res ſignificatæ

Q. Quot ſunt igitur in vniuerſum res ſignificatæ?

R. Reduci possunt omnes ad numerum quaternarium. Prima res significata, est ipsemet Christus Deus & homo: secunda crux siue passio Christi: tertia, beneficia ex passione Christi promanantia, vt sunt remissio peccatorum, iustificatio, Spiritus sancti donatio, regeneratio, vita denique æterna: quarta res significata, est applicatio interna Christi primum, deinde crucis, postremò beneficiorum ipsius. Rom. 6 3. Galat. 3. 26. 27. Rom. 4. 11. 1. Cor. 10. 4. & 11. 24. Act. 2. 38.

Q. Nunc vt à rebus significatis ad signa Sacramentalia transeamus, primùm quæro, quæ in sacramento signa appelles? Quæ signa.

R. Signa appello non tantum elementa ipsa, sed etiam ritus, & externas actiones quascunque. 1. Cor. 11. 23. 24. 25. 26.

Q. Velim mihi explices quæ signa habeant in vtroque Sacramento, & Baptismo & Cœna Domini, res illæ significatæ singulæ à te enumeratæ?

R. Explicabo.

Q. Vt igitur à Baptismo ordiamur: in Baptismo quodnam est signum ipsiusmet Christi, & substantia (vt sic dicam) sanguinis ipsius?

R. Signum Christi & substantiæ ipsius est aqua. Mat. 3. 11 Iohan. 1. 33. & 3. 5.

Q. In Baptiſmo quodnam eſt ſignum crucis ſiue paſſionis Chriſti?

R. Aquæ fuſio, qua ſignificatur ſanguinis Dei effuſio. Eſai. 44. 1. 2. 3.

Q. In Baptiſmo quodnam eſt ſignum beneficiorum illorum ex paſſione Chriſti promanantium?

R. Idem eſt ſignum & paſſionis & beneficiorum: nempe, aquæ fuſio.

Q. In Baptiſmo denique quodnam eſt ſignum applicationis rerum illarum trium ſpiritualium?

R. Vnum idemque eſt ſignum applicationis rerum illarum trium, nempe, aquæ aſperſio ſiue lotio, qua applicatur exterius aqua ad lauandum eum qui baptizatur. Heb. 12. 24. 1. Pet. 1, 2. Tit. 3. 5. Act. 22 16.

Q. De ſignis illarum rerum quæ in Baptiſmo ſunt dixiſti: velim deinde dicas de ſignis earundem quæ ſunt in Cœna Domini?

R. Dicam.

Q. In Cœna igitur Domini quæ ſunt ſigna Chriſti ipſius, corporis, inquam, & ſanguinis ipſius?

R. Panis & vinum. Math. 26. 6. &c. Marc. 14. 22. &c. Luc. 22. 19. &c. 1. Cor. 10. 16. &c. & 11. 23. &c.

Q. In Cœna Domini quæ ſunt ſigna crucis & paſſionis Chriſti?

R Fractio panis,& fusio vini. Testimonia,vt in proxima resp.

Q. In Cœna Domini quæ sunt signa beneficiorum Christi?

R Eadem quæ passionis sunt signa, nẽpe,fractio panis,& fusio vini.

Q. In Cœna Domini postremò,quæ sunt signa applicationis trium illarum rerum spiritualium?

R. Plura sunt applicationis signa, quæ singula significant applicationem omniũ simul illarum trium rerum spiritualium. Sunt autem nominatim: 1.Datio panis & vini ex parte Ministri. 2.Acceptio eorundem ex parte populi.3. Esus panis ex parte populi. 4. Potus vini ex parte populi. Testimonia,vt suprá adducta ex Matthæo, Marco,&c:

Q. Ex his quæ de signis sacramentalibus dixisti,illud primùm obseruo,vnum idemque esse in vtroque Sacramento signum passionis sine crucis, & beneficiorum Christi?

R. Rectè obseruas: id autem fit quia beneficia Christi ex passione ipsius manant omnia.1.Iohan.1.7.

Q. Obseruo deindè vnum idemque esse signum in vtroque sacramento applicationis omnium simul trium illarum rerum spiritualium?

R. Et hoc quoque rectè obseruas: nam vna eademque opera applicatio fit Christi, crucis ipsius, & beneficiorum ipsius. Gal. 3. 26. 27. &c. Rom. 8. 32.

An signa in sacramento nuda sint signa,

Q. Accepi nunc quæ sint signa in vtroque sacramento, & quam rem spiritualem quodque significet: velim ex te nunc discere, an hæc signa nuda sint & otiosa signa necne?

R. Non sunt: sed signa sunt efficaciter aliquid operantia, et Spiritus sancti organa & instrumenta. Rom. 4. 12. & 6. 4. Tit. 3. 5.

Q. Velim hoc mihi explices?

R. Faciam: in vtroque enim sacramento quę signa sunt Christi, crucis ipsius, beneficiorum ipsius: hoc est, rerum ipsarum cœlestium non applicatarum, ea quoque sunt instrumenta Spiritus sancti, quibus mentes nostras illuminat, & cognitionem rerum illarum spiritualium, quæ prima fidei pars est, efficaciter operatur in nobis. Rom. 4. 11.

Q. Quid dicis de signis applicationis rerũ illarũ spiritualium in vtroque Sacramento?

R. Et hæc quoque instrumenta sunt Spiritus sancti, quibus non tantùm operatur in mẽtibus nostris cognitionem, quæ est

prima pars fidei: sed etiam in cordibus nostris interius applicationem operatur, nempe, illam ipsam quam significant, cuiusque cognitionem in mentib° nostris primùm operatur: Atque hæc est secunda pars fidei nostræ, nempe, interna applicatio. Rom. 4. 11. Gal. 3. 27.

Q. Ergo â signis his applicationis rerũ illarum spiritualiũ, propriè habent illud sacramenta, vt dicantur signa exhibentia, applicantia, conferentia, SPHRAGIDES *siue sigilla, his enim nominibus vulgò appellantur.*

R. Habent: nam signa applicationis rerum illarum spiritualium sunt ea, per quę Spiritus sanctus non tantùm operatur cognitionem quæ mentis est, sed etiam applicationem quæ cordis est, & per quę exhibet nobis Christum, crucem ipsius, beneficia ipsius. Rom. 4. 11.

Q. Hactenus de rebus primùm significatis, deindè de signis sacramentalibus dixisti: nunc velim ex te scire quæ sint causæ cur signa illa quæ attulisti in utroque sacramẽto, res illas cœlestes significatas repræsentent vt signa quædam, & operẽtur cognitionem & applicationem earum vt instrumenta spiritus sancti?

R. Ne hac quoque in parte tibi deero.

Quæ cauſæ & ſignificationis & operationis ſignorũ

Q. Quot ſunt igitur in ſacramentis cauſæ cur ſignares illas ſignificatas repræſentent, & cognitionem earum atque applicationem operentur?

R. Duæ ſunt cauſæ: prior eſt Analogia & proportio inter ſigna & res ſignificatas posterior eſt ſpiritualis ac ſupernaturalis inter ſigna & res ſignificatas relatio: ex qua exiſtit illa (quam vocant) vnio Sacramentalis. 1. Cor. 10. 16. 17. 1. Pet. 3. 22.

Q. Velim mihi explices hanc quam dicis Analogiam ſiue proportionem.

R. Exiſtit ea ex naturali quadam proprietate rei illius quæ ſignum eſt, qua fit vt res illa quæ ſignum eſt, ſimilis ſit rei ſignificatæ. Verbi gratia in Baptiſmo proportio eſt inter aquam & ſanguinem Domini quia naturalis proprietas in aqua eſt, nempe, aptitudo ad purgandum ſiue abluendum ſordes corporis: qua fit vt ſimilis ſit aqua ſanguini Domini quo abluuntur ſordes noſtræ ſpirituales. Similiter in Cœna Domini analogia eſt & proportio inter panem illum & corpus Domini, quia proprietas eſt in pane: nempe, aptitudo ad alendum & nutriendum vitam iſtam naturalem: qua fit vt panis ſit ſimilis corpori Domini quo alimur ad vitam æternam. Idem

dem iudicium est de reliquis signis in Sacramentis quibuscunque. In omnibus enim est analogia siue proportio inter res quæ signa sunt, & res quæ significantur. Iohan. 8. 12. 1. Cor. 10. 16. 17.

Q. Visne necessariam adeò analogiam hanc, & proportionem quæ est inter signa & res significatas, vt sine ea res illas spirituales significare & repræsentare non possint?

R. Volo: nisi enim analogia & proportio consistat inter signum quodcunque & quamcunque rem significatam, sanè illud signum rei esse non potest. Verbi gratia, lapis signum hominis esse non potest, cũ non sit analogia & proportio inter lapidẽ & hominem.

Q. De analogia dixisti, velim nunc de secunda causa agas, quam dixisti esse significationis & operationis signorum in sacramentis, nempe de spirituali illa relatione?

R. Agam quoque de ea.

Q. Quam dicis igitur relationem hanc spiritualem?

R. Qua nimirùm fit vt non prius offeratur oculis his corporeis signum aliquod in Sacramento, quam animo atque oculis fidei repręsentetur res spiritualis significa-

ta.

ta. Est enim hæc proprietas relatorum, vt non citius cognoscatur vnum relatum, quam alterum mentem nostram subeat. Gen. 17.11. Rom. 4.11. Ezech. 20.12. quibus in locis omnibus mentio fit signi siue sigilli, quod ad aliud relatum est.

Q. Vnde oritur hæc (quam dicis) relatio spiritualis?

R. Non quidem ex natura ipsius rei quæ signum est vt diximus oriri analogiam: verum ex ipsius Domini institutione, & promissione, coniunctis precibus. Institutione enim Domini fit, vt transferatur ea res quæ signum est, à communi vsu in sacrum vsum, fiatque sacramentum, hoc est, signũ relatum ad rem spiritualem & cœlestem significandá, cum eaque sacramentaliter vnitum. Vt verbi gratia: quia Dominus ita instituit, aqua Baptismi iam repræsentat sanguinẽ ipsius, ideòq; facta est sacramentum sanguinis Domini. 1. Cor. 11. 23. &c. Rom. 4. 17.

Q. Non vis igitur solam analogiam efficere vt sit sacramentale signum?

R. Nolo: neque enim quod habet analogiam ad aliquid propter aliquam similitudi-

tudinem, id statim illius signum euadit: verũ vt sit signũ, opus est institutione & ordinatione aliqua, vel Dei, vel hominis: secus profectò omnis panis signum esset & Sacramentum corporis domini, cum nullus sit qui non propter similitudinem aliquam proportionalis sit corpori Domini. Ioh. 6. 55. 1. Tim. 4. 4 5.

Q. Visne igitur relationem hanc spiritualem adeò necessariam esse, vt sine ea non sit Sacramentũ?

R. Volo: nisi enim res significans quæuis relationem quandam habeat ad rem significatam quamcunque, profectò signũ rei esse non potest. Signum enim semper ad aliquid relatum est.

Q. Cum relatio hæc quæ facit signum sine sacramentum oriatur ex institutione Dei & Christi, quam consecrationem vocant, velim scire quomodo instituatur Sacramentum?

R. Dominus iam actis gratijs pronunciauit verba institutionis: quibus explicauit vsum rerum externarum. Verbi gratia, illius aquæ quæ in Baptismo est, panis illius & vini illius quę in Cœna Domini sunt, vt, cum dicitur in Cœna, hoc est corpus meum, sensus est, Panis hic est signum vel

Sacra-

Sacramentum corporis mei, habetq; nunc vlum eum vt repræsentet corpus meum quia ego ita volo & instituo. 1. Cor. 11 23. &c.

Q. Vis igitur institutorem & consecratorem, hoc est, opificem Sacramenti, vt Sacramentum est, qui videlicet transfert elementum à communi in sacrum vsum, esse ipsummet Dominum?

R. Volo: id enim fecit primum per se in vltima illa Cœna: nunc autem facit idipsum per homines quotidiè, & eos quidem non quoscunque sine discrimine, sed legitimè vocatos, hoc est, per Pastores & Ministros suos: secus enim non est Sacramentum, sed Sacramenti prophanatio. Mat. 28. 19.

Q. An cogitandum est hanc rei mutationem quæ fit rei ipsius à prophano vsu in sacrum, adeo vt fiat Sacramentum, cogitandũne (inquam) eã leuem esse aliquam mutationem?

R. Imò talis est mutatio, qualis á nulla creatura fieri potest: qua nimirum fit vt res illa quæ mutatur non modò repræsentet, sed etiam offerat & operetur: atq; perficiat in cordibus nostris idipsum quod repræsentatur.

Q. An huic mutationi tam insigni, & Sacra-

mental

mentali, quam vocant, vnioni, attribuis metonymicas istas locutiones, in quibus externæ res de internis, & contrà, prædicantur?

R. Vsitati illi & metonymici loquendi modi, ex ipsa mutatione & Sacramentali vnione existũt. De his vide Tit. 3. 5. 1. Cor. 10. 17. & alibi passim.

Q. Audiui de causis cur significent vt signa, & operentur vt instrumenta, signa in sacramentis singula: velim ex te nunc audire in quo sacramentũ differat à verbo: Nã verbũ fœderis siue Euãgeliũ significat vt signum, & operatur vt instrumentum, res illas spirituales & cœlestes. Verbum enim Euangelij est de Christo, de passione ipsius, de beneficijs ipsius, deque applicatione earundem illarũ rerum non tantùm vt signum repræsentans vel significans, sed etiam vt organum & instrumentum Spiritus Sancti efficaciter operans in mentibus & cordibus nostris. Quare mihi videtur quod ad vsum attinet, nullum esse discrimen?

Quomodo differat sacramentum a verbo.

R. Discrimen est in hoc, quod sacramẽtum adiectum verbo magis significet res illas cęleſtes & spirituales, magisq; operetur illarum cognitionem & applicationẽ in mentibus & cordibus nostris, quã verbum solum. Gen. 17. 11. Rom. 4. 11.

Q. Cur dicis sacramẽtum additum verbo, magis significare & operari quam verbum solum?

R. Quia

R. Quia cum verbum ſolum repræſentet res illas ſpirituales auribꝰ tantum, Sacramentum verbo additum prętereà oculis eaſdem repræſentat: vt nihil hìc dicam de alijs ſenſibus: nihil etiam de eo, quod non vniuerſis tantum, vt verbum, ſed etiam ſingulis credentibus offeratur. Act. 2. 38.

Quomplex ſacramenti vſus.

Q. Viſne in hoc tantùm differre Sacramentũ a verbo, quod ipſum verbo additum magis ſignificet & operetur quàm verbum ſolum?

R. Quod ad hunc quidem Sacramenti vſum attinet, qui eſt in ſignificando & operando, differt Sacramentum à verbo ſolo, tantum (vt loquuntur) ſecundum magis & minus. Sed eſt prætereà poſterior quidam Sacramenti vſus ex hoc priori exſurgens, qui nullo modo cum verbo cõmunicatur, verùm Sacramenti proprius eſt ac principalis. Rom. 4. 11.

Q. De diſcrimine Sacramenti & verbi hactenus: nunc quæro quotuplicẽ facias ſacramẽti vſum?

R. Duplicem.

Q. Quis eſt igitur prior Sacramenti vſus?

R. Eſt quo Sacramentum verbo additum magis & plenius ſignificat res illas cœleſtes & ſpirituales, quàm verbum ſolum, vt ſignum eſt: vt verò inſtrumentum

eſt

ſt, magis operatur earũdem rerum, cog-
itionem quidem in mentibus noſtris, ap-
licationem verò in cordibus: hoc eſt,
KOINONIAN ſiue communionem illam quã
ulgò tradunt. Rom. 6.3. Galat. 3.26. 1.
Cor. 10.16.

Q. Quis eſt poſterior Sacramenti vſus?

R. Eſt quo cum magis ſignificet & ope-
etur Sacramentum verbo additum, quam
erbum ſolùm, confirmat nobis verbum
œderis & Euangelij, & fidem noſtram in
erbum Euangelij auget & adiuuat, quẽ-
dmodum ſigillum diplomati appenſum,
aiorem diplomati fidem facit. Atque hic
acramenti vſus eſt præcipuus. Gen. 17.11.
om. 4.11. Math. 26.28.

Q. Ex poſteriori hoc ſine apparet Sacramentũ verbo fœderis inſeruire, & propter ipſum à Domino ordinatum eſſe atque inſtitutum, ac proinde verum fœderis ſiue Euangelij primarium eſſe ac principes Spiritus ſancti inſtrumentum, quo efficit fidem in cordibus noſtris: Sacramentum verò ſecundariũ tantaxat Spiritus ſancti organum, minùſque principale. Mat. 28.19.20. Rom. 10.8.17.

R. Ita quidem eſt.

Q. Poſterior quem dixiſti finis hunc mihi mouet ſcrupulum, quòd cum in doctrina fœderis gra-

Rollock, R.

tuiti dixeris sanciri fœdus illud & ratum fieri Christi Mediatoris sanguine, in eoque tanquam in fundamento suo stabiliri: nunc verò in posteriori Sacramenti fine tradendo dicis idem illud fœdus gratuitum confirmari Sacramento, ac proinde videri mihi velle verbum illud fœderis ratum fieri atque sanciri & sacrificio & sacramento?

R. Aliud est ipsum fœdus siue Testamentum sanciri, ratum fieri, simpliciter stabiliri, aliud verò fidem nostram in ipsum confirmari, qui est finis Testamenti posterior & proprius. Solo enim Sacrificio & sanguine Mediatoris sancitur fœdus Dei, in eo que solo fundatur. At verò Sacramento quasi sacro Dei iuramento & signaculo fides nostra infirmior & imbecillior in ipsum verbum fœderis confirmatur, fitque auctior. Dicam clarius, Sacrificium Christi Mediatoris est causa, (vt sic dicam) satisfactoria simul & meritoria, quæ Deũ mouit atque impulit, ad fœdus hoc gratuitũ pangendum cum homine peccatore. Sacramentum verò est causa quædam á Deo ipso subministrata, quæ facit vt homo magis credat in fœderis Dei promissionem. Hoc poculum est nouum Testamentum per meum sanguinem, hoc est, sigillum ne

i fœderis quod ſancitur per meum ſanguinem. 1. Cor. 11. 25.

Q. Diſtinctionem accipio: intelligo etiam quæ dixiſti de rebus ſignificatis in Sacramento, de ſignis & cauſis cur ſigna res illas ſpirituales ſignificent pariter & operentur earundem cognitionem & applicationem, de diſcrimine Sacramenti & verbi quod ad vſum ſuum attinet: denique de Sacramenti fine duplici: nunc rem gratam mihi feceris ſi Sacramentum in genere definitione quadam ſua, vel deſcriptione aliqua breui explicaueris?

R. Si fines illos duos quos iam tradidi Sacramenti intelligis, definitionem habes. Nam ex duplici illo fine in hunc modum Sacramentum definio.

Q. Quid eſt igitur Sacramentum?

R. Eſt ſignum á Deo inſtitutum, efficaciter operans, viſibile, per quod verbo Euangelij additũ Spiritus Sanctus magis repræſentat nobis res illas ſpirituales & cœleſtes, magiſque operatur in mentibus noſtris earum cognitionem, in cordibus verò earum applicationem, quàm per verbum Euangelij ſolum: quod dum facit, confirmat fidem noſtram in verbum fœderis & Euangelii, efficitque vt in ipſum magis ac magis credamus.

Quid Sacramẽtũ.

Q. Quod est genus in hac definitione?

R. Genus est signum.

Q. Quæ prima differentia?

R. Est quòd sit ex Dei institutione & dinatione signum, quo differt Sacramentum a communibus & prophanis signis quibuscunque.

Q. Quæ est secunda differentia?

R. Est quod sit instrumentum Spiritus efficaciter operãs, quo distinguitur Sacramentũ a signis inefficacibus quibuscũque.

Q. Quæ tertia differentia?

R. Quod sit signum visibile, quo distinguitur a verbo Euãgelii siue fœderis, quod signum est audibile.

Q. Quæ quarta differentia?

R. Sumpta est a priori Sacramenti fine.

Q. Quæ quinta?

R: Sumpta est a posteriori & principali Sacramenti fine.

Q. Definitionem habeo, ipsiusque breuem declarationem: nunc de nomine Sacramenti quæro, eo intelligas complexum quid & compositum ex signo simul & re significata, an verò simplex signum cum re significata non comprehensum?

R. Ex definitione a me tradita, manifestum est me nomine sacramenti accipe-

e ſignum relatum quidem ad rem ſignifi-
atam,& ſacramentaliter vnitum: verum
on ſimul cum ea confuſum & compre-
enſum. Relata enim definienda & expli-
anda ſunt per relationem ad ea quibuſ-
um conferuntur,non autem cum iis con-
undenda. Gen. 17.11 Rom. 4.11.

Q. Habeo de ſacramentis noui Teſtamenti in
enere,an de ipſis in ſpecie nunc quoque dicturus es?

R. De Sacramentis in ſpecie, hoc eſt,
e Baptiſmo & Cœna Domini ſigillatim
lius erit dicendi locus: de hoc tantum
unc admoneo, facilè colligi poſſe ex iis
uæ ſunt de ipſo genere dicta,quæ ſint na-
uræ ſpecierum.

Q. Non peto à te nunc fuſiorem aliquam ſpe-
ierum doctrinam,quam in aliud tempus magis o-
rtunum libenter differo,tantùm quæro mihi defi-
tiones ſpecierum paucis ex definitione generis eli
as, additis ſpecialibus ſuis differentijs?

R. Faciam quod quæris.

Q. Quid eſt igitur Baptiſmus?

R. Eſt Sacramentum quo confirmatur
obis Teſtamentum nouum iam primum
le receptum, vel quo confirmatur fides
nouum Teſtamentum iam primum in-
oata: hæc enim re idem ſunt. Gen. 17.10

Quid Bap
tiſmus.

Mat.28.29.Ioh.4.1.

Q. Quid est Cœna Domini?

Quid cœna Domini

R. Est Sacramentum quo confirmatu nouum Testamentum iam satis longo t pore auditum,& fide cõseruatum: vel qu confirmatur progressus & continuatio dei nostræ in nouum Testamentum : ha enim re idem sunt.1.Cor.11.25.26.28.

Q.Vnde sumptæ sunt hæ definitiones?

R.Sumptæ sunt a Sacramenti in gene vsu posteriori & præcipuo, qui est ad c firmandum nouum Testamentum siue uangelii verbum.

Q. Generalem hunc finem quibus specialib differentijs restringis?

R.Specialis differẽtia Baptismi est quo eo cõfirmatur nouum Testamentum ia primum auditum ac fide receptum, spec alis verò differẽtia cœnę Domini est quo eo confirmetur nouum testamentum, no quidem iam primum receptum fide, v rum tamen longo tempore fide conse uatum clarius:Baptismo confir tur fidei initium, cœna verò Domini co firmatur fidei incremẽtũ siue continuat

Atque hæc de Sacramento in genere hactenu

FINIS.